



B. C. D.

EXERCITATIONEM HISTORICAM

De

CIRCUMCISIONE
GENTILIUM,

quâ præprimis

contra D. JOH. MARSHAMUM

ANGLUM, Equitem auratum,

ostenditur,

Judæos nullo modo ab Ægyptiis circumcisionem mutuatos esse;

Inclytæ

Facultatis Philosophicæ

permissu

publico Eruditorum examini

ad diem *XXVI. Aug. MDCLXXXII.*

subjiciunt

M. PAULUS ANTONIUS, Z. L.

PRÆSES.

&

RESPONDENS

GODOFREDUS WEISSIUS, *Gu*

Thoruniensis.

LIPSIÆ,

Typis CHRISTOPHORI GÜNTHERI.

13

VIRIS

MAGNIFICO, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
CONSULTISSIMIS, DOCTISSIMIS,

DN. DAVIDI JENTSCHIO,

J. U. L. CONSULI nuper iterum ad civitatis regi-
men vocato, & SCHOLARCHÆ PRI-
MARIO &c.

DN. CHRISTIANO WEISIO,

Gymnasii, quod Zittav iæ floret RECTORI
celeberrimo.

DN. CHRISTIANO Kapsen/

Dicasterii urbici ASSESSORI & PROTO-
NOTARIO.

*Suis verè PATRIBUS, PATRONIS, PRÆCEPTORI,
atque Evergetis colendisimis,*

Shediasma præfens

grati animi tesseram

cum omnigenæ salutis appreciatione

D. D. D.

M. Paulus Antonius, Præses.



LECTOR ARBITER.



Votqvot haectenus intempestivum novandi studium exosi S. codicis veritatem piè sunt secuti, circumcisionis originem nonnisi ad Abrahami tempora, cui in Sacramentum datus est iste ritus, referre sustinuerunt, ita quidem ut plurimas gentes alias ex hoc solo fonte suos duxisse rivulos censeant. Nihilominus, qvod mireris, aliter visum fuit viris qvibusdam, Christi etiam nomen professis, qvorum laxius alii, alii distinctius loqvuntur. Sunt, qvi circumcisionem ex necessitate primùm introductam apud gentes putant ad præcavendam lepræ luem, qvæ è fordibus sub præputio succrescentibus oriri soleat; at à Deo Abrahamo traditam, ut qvod aliis morbi antidotum, illi illiusqve posteris *morbi antidotum simul & divini fæderis signum* esset. Sunt, qvi ab Ægyptiis cerimonix hujus primordia derivant, qvam ob sententiam *Seldenus l. 1. de Synedr. Veterum Ebraorum p. 4.* qvendam suppresso nomine castigat. Qvis sit ille, nescio: in manus tamen venit D. JOH. MARSHAMI Angli, Equitis Aurati CANON CHRONICUS, Ægyptiacus, Ebraicus, Græcus Londini primùm 1672. editus, sed Lipsiæ sex abhinc annis recusus, utiliqve indicum serie auctus, liber laudibus suis, nævis etiam ac novitatibus suis notabilis. Licet enim, quantum lucis caligini Chronicæ attulerit, digne pariter ac ingenuè in Præfatione deprædicarit VIR doctissimus, qvi tum novæ editionis curam habuit: Is ipse tamen pro dexteritate sua ibidem Lectorem monet, ut obtrusis ab ipso originibus Ebrai-

ap. Huertium ad Comm. Orig. f. 13.

T. 1. An-
nal. f. 523.

cis præsertim, & Ægyptiacis Scripturæ lapidem Lydium nusquam non admoveat, probè tenens illud *Baronii: Quotquot aliunde, quàm ex S. literis Judæorum originem sunt profecuti, in maximos lapsos esse errores facile quis inveniet.* Unde laudari in *Actis Eruditorum Lipsiæ publicatis Cal. Mart. 1682. p. 64.* meruit *Dn. Job. Christophorus Wagenseilius*, qui non ita pridem Tractatui *Tela ignea Satanae* inscripto in *mantissa* vicem subjunxit *Vindicias LXX. hebdomadam Danielis contra calculum atque interpretamentum Marshamianum.* Cæterum cum in aliis *Spencerianam* & quorundam Patrum hypothesin Anglus sectetur efflictim, ac si Deus plerosque Ægyptiorum ritus in sacrorum Judaicorum album transcripserit: fieri non potuit, quin Ægyptios circumcissione Judæos antevertisse statuerit. Operæ itaque pretium facturi sumus, si examen rationum ejus instituiamus, quas sic contemnere non licet, ut contemnitur *Horatii Scholiastes*, ideo *Israëlitas pelliculâ imminutos persuasus; quia Moses Rex eorum negligentia Medici talis effectus, ne solus esset notabilis, omnes circumcidi voluerit;* non aliter ac *Lucianus* Junonem *Combabi* amantissimam multos ad se castrandum impulisse memorat, ne solus ille lugeret eviratus. Absit verò, ut id credamus suscipere, animo laceffendi Virum * *Gravii* Judicio longè modestissimum, qui potius præbebit materiem excurrendi in ipsam de circumcissione gentilium historiam. Faxit DEUS feliciter!

de Syriâ
Dei p. 897
T. 2. Edit.
Salmur.

* Sic *Job. Gravius* *Astronomica* quædam *Marshamo* nostro dicans: *Dicam apertè repugnante licet verecundiâ, neminem me scire inter tot viros eruditos, quos merito colo venerorque, cujus in summâ doctrinâ tanta reluceat modestia,* citante *Dn. Wagenseilio* in *Mantissâ* p. 4.

§. I. Duo

Duo potissimum à veri nominis circumcisione alieni o-
ra sunt, circumcisio *per nativitatē, atque imputatione m.*
Pro circumcisis natis Judæi reputabant, qui in sacris au-
diunt מִצִּיתָא (1.) illorumque quomodo quatuordecim
numerandi sint ab Adamo, ostendit *Dn. Wagenfeilius in Sotâ p. 199.*
Arabes verò credebant illis, qui sub Lunæ radiis nascerentur, con-
trahi perinde ac circumcisis præputia, qualiter Mahumedem natum
esse scribunt (2.) Quanti id æstimaverint Magistri, praxis eorum
communior (3.) docet, quâ si cui non adnatum (4.) erat præputium,
nihilominus die octavâ eliciebatur sanguis fæderis. Sed meliore
fundamento nititur circumcisionis *imputatio* per Exod. XII, 48.
cùm aliàs fœminis haud licuisset vesci agno paschali.

(1) teste *Vorstio super capitula Elieser p. 195.* (2) nisi figmento isto mendaci-
orum Prophetam Mosi vel alii cuidam è Patriarchis æquiparare sunt annisi.
Memorat certè *Hoornbeeck Summ. l. 3. p. 125,* primum hoc Mahometis jactari
miraculum, quod sine dolore prodierit ex utero matris, circumciscus & hila-
ris. At quod si id verum est, non adeo insolens fuisse, ut pueri recutiti nasceren-
tur apud gentes circumcisionis observantes, patet ex iis, quæ statuunt, Judæi in
suis ad legem $\delta\epsilon\upsilon\tau\epsilon\rho\acute{\omega}\sigma\epsilon\iota$ de istis, qui h. m. ex utero prodierint materno, verba
sunt non nostra, sed *Pocokii not. ad Gregorii Abul Farajii historiam Arabum*
p. 310. (3) observata à *Joh. Henrico Ottone Lexic. Rabbin. p. 113.* (4) termi-
no negante mentem Judæorum interpretamur ex vocis analogiâ cum *Ma-*
gnifico Dn. D. Scherzero in Opera pretis Orientali p. 105. Rem negat *Epipha-*
nus: Ad àμπερωτόπλατε & πειπλωσας σὺν ἐμω εἶτομ & ἀπερ-ύτης μὲρ τῆ σαρ-
κί & σὺν εἰδ'ωλολάτης δ' ἐ λω, unde fidem lege antiquiorem fuisse haud in-
eptè probat *Herbertus Thorndicius in Origg. Eccl. c. 2. f. 27.*

II. Nedum quicquam ad nos attinet fœda illa urendarum for-
micis puellarum nubilium consuetudo, apud Banenses, Mokenfes,
aliosque Indiæ incolas recepta, quam omnibus propalam expo-
nere Religio vetat: castioribus legere licet in *Africâ O. Dapperi. f. 458.*
Nec tractamus hîc Circumcisionem *Theologicè,* prout definitur,
quod sit *amputatio præputii puelli Judaici octavo à nativitate die (seu*
eujusvis maris adulti Judaicam religionem profitentis quovis tempore)
fæcta secundum Dei mandatum, Abrahamo & toti posteritati ejus præ-
scripta ad applicandum & obsignandum fœdus. Verum *Etymologicè* sal-
tim, pro solâ præputii amputatione, cujus quæ & à quo primordia
extent, primò dispiciendum nunc *ex Historiis* est.

III. Quæritur itaque, an Judæi ullo modo circumcisionem mu-
tuati

tuati sint ab Ægyptiis? Nos negamus: Affirmat id MARSHAMUS per verba Canonis p.74: *Apud Ægyptios circumcidendi ritus vetustissimus fuit & ἀπ' ἀρχῆς ab initio institutus.* Quamquam enim circumcisionem p.75. scribit esse ab Abrahami temporibus: intelligi tamen id vult de sola circumcisione Sacramentali Ebræorum, *Strabonem* coarguens, qui *ᾠκυτομαίς* refert ad instituta Mosaïca.

IV. Putent alii (1), domesticos Abrahami fuisse prius circumcisos, quam herum ipsum: verissimè tamen & exasciatissimè pro sententiâ nostrâ loquitur *Theodoretus*: *Ἀβραάμ τὸ Πατριάρχης ᾧ δὲ ἔστι Θεὸς τῶν ὀλῶν, τῆς ᾠκυτομῆς δεξαμένους τὴν ἐντολὴν, ἐφύλαξεν μὲν αὐτὴν τὸ γένος ᾧ κησέ δ' ὅππῃ πλεῖστον τὴν Ἄιγυπτον ἐζήλωσαν ἢ τὰς Ἑβραίας Ἄιγυπτιοί.* Nam præter Historiam Gen. XVII. dicitur Abrahamo data *διαθήκη ᾠκυτομῆς* Act. VII, 8. (2) Palladium in antithesi est Joh. VII, 22.23: *Circumcisio fuit ex Patribus. E. non ex Ægyptiis*: Patrem verò ultimum nominat Scriptura quoque Rom. IV.9. 10. 11. 12. ubi *σημεῖον ᾠκυτομῆς* per appositionem explicandum esse testantur Interpretes (3). Quantum roboris sit in Abrahami titulo, per quem audit *Πατὴρ ᾠκυτομῆς*: definiant alii pro lubitu. Nobis hoc argumento opus non est, scientibus, dici Abrahamum Patrem credentium v. n. salvâ superiorum Patriarcharum fide, communis Patris appellatione comprehendi semen naturale Abrahami ac fidele. (4) Nullo autem modo probabile est, Deum obfignasse fœdus suum ritu à gentibus invento.

(1) *Moses Gerundensis, R. Bechai.* contra illud *Eusebii Præp.* l. 7. c. 8. f. 310. *Demonstr.* l. 1. c. 6. f. 13: *Ἀρχὴ μὲν πάντων τῶν γενομένων ἐστὶν ᾠκυτομῆς* (2) *Vatablus* ap. *Matth. Polum Critic.* Vol. 4. part. 2. f. 1445. *hypallagen* agnoscit, qualem Gal. IV, 4. *πλήρωμα ζήλου* rectius urget *Dn. D. Olearius Exerc. V. Epist. IX.* p. 37. (3) *Camerarius* p. 7. 8. *Schmid.* f. 996. *Schlichtingius* f. 192. in *h. l. Episcopus Instit.* l. 2. c. 10. f. 46. imò Codices plurimos MS & Anglicanum legere *ᾠκυτομῆς* *Grotius* & *Beza* observant apud *Polum* Vol. 5. f. 85. (4) sic dispescitur semen à *Lightfoot* *Horis Hebr.* p. 195. ut album calculum mereantur *Theophylacti* f. 43. verba, quæ forte *Calixtus ad Rom.* 2. exscripsit: *Cum duo hæc cernantur circa Abrahamum, præputium & circumcisio: per præputium præputiatorum pater demonstratur. Sed quæ alium? talium videlicet, quæ ipsius instar crediderunt.*

V. Multum quoque momenti accesserit nobis, si circumcisionis originem generatim ad Judæos restringendam ostenderimus. Si quidem quæ alia ratio est, cur soli Judæi dicantur *οἱ ἐκ ᾠκυτομῆς* Act. X, 45. XI, 12. Rom. IV, 12. Gal. II, 8. 9. 12. (cum tamen alias gentes ritui

ritui

ritui isti adhæsisse ipsa alibi subinnuat Scriptura Jer. IX, 25. 26. Phil. III. 5. Col. III, 11.) quàm quòd ab ipsis emanavit circumcisio. Unde magis dictum esse putamus *οἱ ἐκ τῆς τοῦ μῆς*, quàm *οἱ τῆς ἐπισημαμένοι*. Circumcisio enim *in origine* spectata ac *Theologicè* definita Israëlitas distinguit ab aliis gentibus universis, utpote quæ præter diei præfiniti, aliorumque requisitorum supergressionem ad nihil horum jure divino, naturali vel Synagogico, exceptis ob rationem conversandi mancipiis, obligabantur, nisi edere vellent agnum paschalem Exod. XII, 43. Quid? quòd C. à Lapide hanc ob causam folis maribus datam esse circumcisionem credit, quoniam populi distinctio non petatur à foeminis.

* Equidem movet *Joh. Leusdenius* quæstionem: an nomen Judæi sit tantum *philol. Ebr.* nomen generationis naturalis, an verò etiam professionis? respondetque *Diff. 21. p.* affirmando posterius. Nam, inquit, si tantum denotaret generationem *211, 212.* naturalem, tum nemo posset fieri Judæus; sed in Esther VIII, 17. legimus contrarium. Absit, ut hujus viri responsum repudiemus per omnia: nihilominus aliud est esse *Judeum natione*, aliud fieri *Judeum jure, adoptione, honoraria denominatione liberâq; per proselytismum justitia obligatione.*

VI. Sed accedamus ad *Marshami* rationes, maximam partem ex *Herodoto* petitas. Et quanquam ex *Herodoti* incusatione causæ patrociniū quærere nolimus: attamen ipse *Marshamus* p. 49. *Herodotum vetustiora narrare non suâ NB. sed Sacerdotum fide* fatetur, idemque p. 2. ex *Josepho Manethonis* viri Ægyptii producit judicium, quo multa rerum ignoratione mentitum Halicarnassensem existimat, sicut etiam eodem p. 522. 525. referente *Ctesias* fere in omnibus *Herodoto repugnantiâ* affert. Unde natum est illud, quòd *Eusebius* (α) aliunde repetit: *Sapè mendacii reum Ephorus Hellacinum, Ephorum Timæus, Timæumque recentiores, denique Herodotum universi peragunt.* Quæ ratio est, cur *Herodoti* fides non ubique valere debeat, si vetustiora non suâ, sed *NB. Sacerdotum fide* narrat. Sicut enim vana Ægyptiorum gens (β) omnia sibi primordia arrogavit: ita priscis etiam scriptoribus fucum sic obduxere *Chamitæ* (γ). Ecce, quàm benè nobis cupiat ipse *Eqves noster*: *Omnis, quantam habemus, Ægypti notitia Græcis literis tradita est: beneq; novi Græcos cum Ægyptiis sero admodum rem habuisse; seriùs cum Ebraeis.* (δ) Haud dubiè hæc est illa tot confusionum genitrix, quam *laudatissimus Autor præfationis in Marshami Canonem* haud obscure subministrat.

(α) l X.

(α) l. X. Prae d. c. 7. f. 478. (β) ἐν φύσει καὶ ἀφαιρέσει ὑπέρουχος Philo de *Agricultura* f. 153. Edit. Colon. quod arguit cum *Aliano* V. H. l. 14. c. 34. Scytharum natio, ex quibus qui ad Caucasum habitarunt, Phryges audivere, conciliante sic multa *Th. Gale ad Jamblicum* f. 293. aliāque in re *Porphyrius Ep. ad Anebonem* Prophetam Ægyptium scribit: οἱ κάνορες τῶν θεολογίας εἰσὶν ἀνείρηται, καὶ ἀκκαληπτοί. confer *Voss. l. 1. Idolol. c. 10. f. 74. c. 28. f. 108.* (γ) Sic judicat *Christ Philippus à Waldensfels* l. 11. *Antiqv.* c. 1. p. 436. conf. l. 9. c. 12. p. 282. Αἰγύπτιον γὰρ ἄκρομα καὶ δῖνημα πᾶν ἑλληνικῆς ἀκοῆς ἐπαγωγῆταιτον, inquit *Heliodorus* 2. *Æthiop.* p. 109. editionis *Bourdelotiana.* Quin suspicio est simili pacto deceptum esse *Tacitum*, qui ad Ægyptios Sabbati originem refert, quemadmodum ex *Herodoto* & *Strabone* memorat *Vergilius* l. 1. de *Inb.* c. 5 primos omnium Ægyptios Diis aras statuisse, cui asserto locum *Gen. III. 20.* de Noacho Græcorum *Deucalione* opponit *El. Schedius de Diis Germanis* p. 354. *Siculi* exemplo probat *Nardius in Lucretium* p. 627. (δ) videatur *Schotani Bibliotheca* T. 1. f. 172. & *Braunii Tr. de Vestit. Sacerdot. Ebr. l. 2. p. 758.*

VII. Locus ipse *Herodoti* sic habet: μένοι πάντων ἀνθρώπων κόλχοι καὶ Ἀγύπτιοι καὶ Αἰθίοπες πρῶτα μνονταὶ ἀπ' ἀρχῆς τῆς αἰδοῖα. Dandum voluere quidam (1) controversiæ medelam afferre ex nominum permutatione, dicentes, *Herodoto* Judæos esse Ægyptios, eo quod habitarint in Ægypto: fateor tamen, ne mihi quidem hac conciliatione satisfieri tum quod *Herodotus* ipse Ægyptiis opponit *Phænicas* & *Syros in Palaestina*: f. 143. Φοίνικες καὶ Σύροι ἐν τῇ Παλαιστίνῃ καὶ αὐτοὶ ὁμολογέουσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι, qui probabilius pro Judæis venire censentur (2), tum quod *Herodoti* contextus reclamet.

(1) *Baronius* T. 1. *Annal.* f. 258. & *Schotanus Biblioth.* T. 1. f. 146. Certè pro Judæis Ægyptios veteres subinde à viris doctis sumi notat *Albericus Gentilis* l. 4. c. 9. apud *Selden. de Synedr.* l. 1. c. 7. p. 97. (2) *judicibus Marshamo* p. 150. *Cunæo* l. 3. de *Rep. Ebr.* c. 5. *Montacutio Origg. Eccles. part. prior.* f. 54. *Schotano Biblioth.* T. 1. f. 144. *Sculteto Exercit. Evang.* l. 1. c. 13. p. 36.

VIII. Nos viscera textus invadimus, & quid sibi phrasis ἀπ' ἀρχῆς velit, quærimus. Annon, si tres populi ἀπ' ἀρχῆς circumcidunt pudenda, gloriæ q. monopolium Ægyptiis subducitur? Ergo nec *Colchi*, nec *Æthiopes* hunc ab Ægyptiis hausere ritum. Huc accedit, quod ipse *Herodotus*, utut pro Ægyptiis pronunciet, dubitanter scribit: αὐτῶν Αἰγυπτίων καὶ Αἰθίοπων οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὁκότεροι πρῶτα τῶν ἑτέρων ἐξέμαθον, sicut & ipse *Josephus* (1) modestè, an ignoranter nescio, loquitur: πρῶτα τῶν ἑκάστοι λεγέτωσαν, ὅτι ἀν' αὐτοῖς δοκῆ. Liceat *Bocharti* (2) verba transcribere: *Locutionis hu-*

vis velex Scripturis nota, quæ dicit, Satanam mendacem fuisse à π' δε-
 χης, ab ipso mundi primordio. Absit tamen, ut Ægyptios creda-
 mus jam cepisse circumcidi tum, cum ex Ægypto in Colchidem Casluchi
 migraverunt. Nam ex Abrahamo ad Arabas, & ex Arabibus ad Æ-
 gyptios manavit circumcisionis ritus. At Casluchos & Caphthoræos ex
 Ægypto migrasse certum est ante Abrahami tempora, quia ex his orti Pbi-
 listæi jam tum pulsus Avvæis Palestina potiebantur, & Reges suos habe-
 bant, cum quibus fœdus contraxerunt Abraham & Isaac. Et hoc
 ipsum, quòd Pbilistæi non circumcidebantur, (3) docet, circumcidendi
 ritum nondum fuisse in usu inter Casluchos & Caphthoræos, quo tem-
 pore ex iis excefferunt Pbilistæi.

(1) Antiqv. Judaic. l. 8. c. 4. f. 279. (2) ex l. 4. Geograph. sacræ c. 31. p. 325. (3)
 1. Sam. XIV, 1. XVII, 26. XVIII, 24. 26. XXXI, 4. 2. Sam. I, 10.

IX. Præterea obtendit *Marshamus* axioma *Herodoti*: πατρίοισι ^{f. 133. 216.}
 ἡεώμφοι νόμοισι ἄλλου ἔδεναι Ἰπικτέωνται, vel, ut noster vertit, Æ-
 gyptii nullorum aliorum hominum institutis uti volunt. Sed è diame-
 tro contradicit *Pignarius* (1): Non abhorruit Ægyptus à Judæorum in-
 stitutis e.g. quòd Serapidi panificia obtulerunt instar panum pro-
 positionis, quòd cui contigerat ὄνειρωγμὸς, is ablui jubebatur &c.
 imò signa luctûs, vestes laceras, caput cinere respersum, huc tra-
 hit *Bourdelotius* (2). Non diffitemur multa in Scripturis vetita ad
 Ebræos manasse, quo refertur, coram Idolo saltasse Israëlitas (3), Je-
 roboamum duos erexisse vitulos (4): sed dubitamus omnino, an
 Ægyptii Judæis superiores sint existimandi in declinandis extero-
 rum institutis; dubitamus quoque, Israëlitarum gentem fuisse sine
 nomine usque ad iter in deserto, quod ait *Marshamus* (5). An de ni-
 hilo est, quòd Hieropsaltes modulatur: Posuit Pharaon Josephum ^{p. 146.}
 Dominum domûs suæ, & dominatorem in omni possessione suâ, ut alli- ^{Pf. CV. 21.}
 garet Principes ejus secundum animam suam, & senes ejus sapientes effi- ^{22.}
 ceret. Esto, quòd secutis temporibus à Judæis nil hauserint Chamitæ
 nostri: hac tamen arce exutus *Herodotus* est. Ast quæ *Job. Spencero*
 nuper opposuit *Dn. Job. Braunius* (6), repetimus verba: Non est, quòd
 quis dicat, Judæos captivos fuisse in Ægypto, ideoque credibile magis
 esse, Judæis sua tradidisse Ægyptios, ab illis autem nihil accepisse. Nam &
 victi mores suos nō raro transmittunt ad victores, quod constat vel ex solâ
 historiâ *Alexandri M.*, quòd ut Persas devicit, sic & Persarum mores assump-
 sit. Igitur cum Ægyptii tot nominibus & beneficiis devincti fuerint
 Josepho, imò cum ipse totum regnum Ægyptiorum multos annos governa-
 verit,

B

verit,

verit, an mirum esset, si diceremus, eum patrios mores propagasse ad Ægyptios &c.

(1) in mensâ Isaacâ p. 31. (2) in animadvers. ad 1. Æthiop. Heliodori p. 21. (3) & postea Coromandelenses juxta Huëtium *Dem. Prop. IV.* p. 141. (4) in mensâ Isaacâ p. 38. (5) invito Eusebio *Præp. l. 7. c. 8. f. 311*: *Jacobi liberi priscam Ebraeorum famam & gloriam admodum illustrarunt, ut ex illorum auctoritate paulo post imperium Ægypti penderet uniuersum.* (6) *Tr.* quæma inscribit כְּרִי כְּרִי l. 2. p. 757. sq.

X. Quis igitur non videt sponte suâ corruere, quæ in seqv. tum ex *Herodoto*, tum ex *Diod. Siculo* affert *Marshamus* p. 74: *Herodotus ex eo probat, Colchos oriundos esse ab Ægyptiis, quòd sunt circumcisi, Phœnicesque & Syri se hoc ab Ægyptiis didicisse fatentur.* Prioris asserti sequelam infringit *Fullerus* diversâ applicatione ad Tataros, qui ideò ex Israëlitis esse vanè censentur, quòd circumciduntur; (1). Posterior assertum planè negat *Huëtius*, cum Phœnices institutionem assignent *Saturno*, hoc nobis est, *Abrahamo* (2) *Eqviti*, *Noe*, quòd p. 73. indicat remissione *Lectoris* ad p. 30. Nec sine ratione statuitur, Phœnices μεροσχωρες ἑβραίων ὄντας καὶ ἀγχιτέμοντας esse *Idumæos* vel ex *Idumæis*. (3) *Syros* quòd attinet, suppono intelligi *Judæos*, imò apud *Diodorum* iudice *Huëtio* per *Assyrios*, quòd inde factum opinor, quia *Judæi* sæpè fuerunt sub *Assyriorum* Regibus (4).

(1) *Miscell. l. 2. c. 5. p. 186.* quamvis ad extrema volvatur *Athanasius*, qui *T. 1.* de *Sabb. & Circumcis.* scribere haud dubitavit, præputium esse πρόχειμα ἀνυπὸ κακῆς χείρας καὶ ἡρώσεως. (2) *Huëtius Demonstr. Prop. IV.* p. 226: *Sic in Sanchuniathonis suis scribit Philo Byblius homo Phœnix, & rerum suarum Herodoto longè consultior & p. 227*: *Quòd Ægyptios vanam gentem & Judæos exosam de se de quibus prædicantes, audiverat Herodotus, id bonâ fide retulit, & Straboni ac Celso Epicuréo ad eundem errorem præbit.* Nisi quis conjiciat, audivisse Græcos vel alios à *Judæis*, se olim venisse ex *Ægypto*: unde id ad nativitatem morisque primordia traxerint Græci, qui longis ante temporibus *Ægyptios* noscebant præ *Ebraeis*. Notabilis est *Huëtii* discursus p. 101: *Abrahami, Saræ & Isaaci immolandi historiam sub Israelis (IL) seu Saturni, Anobret & Jehud nominibus exponi à Porphyrio, ante Bochartum notabit Scaliger. Et Jehud quòidem esse יְהוּדָה Unigenam, uterque vidit. Anobret alii aliter interpretantur; optimè Bochartus: ex gratiâ concipientem. Alia porro memoratu digna de Abrahamo sub Saturni nomine refert ex Sanchuniathone Philo; Calo nempe Patri unigenam filium totum flammis assumptum sacrificasse; tum sibi circumcidisse virilia, & commilitones ut idem facerent, adegisse. Quis negare potest, hæc esse à Mose petita? Conf. Horn. in *Histor. Sulpitii* p. 34. & *Schedii Syng. 2. de Diis Germanis* c. 31. p. 377. Paulo aliter *Du. Becmannus* in *MS* quodam, forsan ex *Seldenii Synt. 1. de Diis Syris**

ris. c. 6. p. 189: *Abronda & Anabreta ludit in voce Abraham, facile lege fuit Israel nepotem cum avo Abrahamo confundi, Phœniciam item & Palestinam, regiones conterminas.*

(3) ap. *Voss. ad Sulpit.* p. 107. *Dapperum in Americâ* f. 26. An eadem Hornii opinio fuerit illiquidum est; certè Phœnicas agnoscit Judæorum progeniem l. 3. *Orig. Americ.* c. 3. p. 33. (4) *Seldenus*: *Ex hoc tempore invaluit ipsum Assyrit nomen pro Judæo apud Græcos usurpari. Unde Themistius* $\tau\acute{\alpha}\mu\upsilon\tau\alpha\ \tau\acute{\omega}\nu\ \text{Ασσυρίων}$ *vocat sacra Ebraeorum volumina, ex quibus laudat Prov. XXI, 1.*

XI, Quæ de *Colchorum* ortu & æmulatione *Marshamus* adducit, à *Bocharto* admissa thesi VIII. vidimus, reluctantis tamen *Seldeno* & *Ludolfo*, quorum ille (1): *Colchi aut ut Edom, aut ut Ismaëlis, aut ut Keturae posterii suam habuere circumcisionem velut à præcepto ea de re Abrahæ dato observatoque derivatam; hic* (2) *scribit; Ægyptios circumcisionem primitus instituisse, vel ab Æthiopicis didicisse, dehinc ad alias gentes Colchos, Phœnices, Syros manasse vetustissimi historicorum, ignoratione veræ originis tradiderunt. Ubi quidem fluctuantem cum errore Hornium virgulâ censemus dignum, qui Colchos fuisse ex migratione Caphthoræorum & Girseseorum asserit* (3): *asserit simul* (4), à Judæis ortos esse Phœnices, Colchos, Ægyptios. Hoc crediderim, quòd, quia Israëlita famosa illa per Salmanassarem facta transportatione dispersi sunt per Colchos, (5) Colchi à Judæis hanc consuetudinem didicerint. Quorsum facit, aliquot demum post migrationem seculis Colchos fuisse circumcisos juxta *Bochartum* (5). Sanè quòd *Carionis Chronicon* p. 26. ad dispersionem non nihil referat, liquere videtur, tametsi *Scaliger* ob hanc conjecturam vapulat ab *Huëtio*, ad *Comm. Origenis* f. 13. Nec ab Ægyptiis derivat *Rivetus* ad *Gen. 17*: *Post Israëlitas, Idumæos & Midianitas Colchi & Æthiopes imitatione quâdam sunt usi.*

(1) l. 2. de *Synedr.* c. 13. p. 66. (2) *Histor. Æthiop.* l. 3. c. 1. n. 19. (3) *Orig. Americ.* l. 2. c. 3. p. 73. coll. l. 4. c. 4. p. 234. sq. (4) l. 1. *Orig. Americ.* c. 3. p. 33. (5) *Horn. ad l. 1. Sulpit.* p. 227, ibidemque *Drusius* p. 226. allegat quosdam, qui hoc probare fatagunt (& quidni?) ex voce קָנָן 2. *Reg. XVII, 6.* quoniam *Capellus ad Tab. 2. f. 11. in Apparatu VValtoni* contendit, eos esse ab Assur oriundos, quoniam *Genes. X, 11.* קָנָן numeretur inter populos Assyriæ.

XII. Sed prætereundum non est alterum *Diodori* comma ab Anglo citatum: $\tau\acute{\alpha}\ \alpha\iota\delta\omicron\iota\alpha\ \pi\acute{\alpha}\nu\tau\epsilon\varsigma\ \omicron\iota\ \tau\epsilon\theta\gamma\lambda\omega\delta\acute{\upsilon}\tau\alpha\ \omega\delta\alpha\pi\lambda\eta\sigma\iota\omega\varsigma\ \tau\omicron\iota\varsigma$ l. 3. p. 115. Αἰγυπῆσις $\omega\epsilon\iota\tau\acute{\epsilon}\mu\omicron\nu\omicron\nu\tau\alpha\iota$. Vis adverbii $\omega\delta\alpha\pi\lambda\eta\sigma\iota\omega\varsigma$ per se demonstrat consuetudinis similitudinem atque communitatem, nullatenus originem, præsertim cum *Troglodytas* (*Homero & Dionysio* $\epsilon\epsilon\sigma\epsilon\mu\beta\epsilon\varsigma$)

ab aliis accenseri Arabibus, Æthiopicibus ab aliis ob viciniam, observet solertissimus Commentator *Guil. Hill ad Dionysium οἰκισμένης περιήγησιν* p. 119. 330. Ne dicam, *Amaseno* solenne esse, Arabes nuncupare Troglodytas, quos ex placito Abrahami colonos primum venisse ex *Josepho* astruit *Hornius* (*) Sive igitur Troglodytas interpreteris Arabas s. Æthiopas, erunt Scriptores, qui hic Ægyptios inferiores fuisse arbitrantur.

* *Histor. Philos. l. 2. c. 10. p. 113 Unde idem l. 1. in Sulpit. p. 37: Occuparunt Keturæi Troglodyticam regionem, & quicquid Arabiae felicitis ad mare rubrum pertinebat.*

l. 1. f. 17: XIII Alter *Siculi locus* sic habet: τὸ τῶν Κόλχων ἔθνος ἐν τῷ Πόντῳ, καὶ τῶν Ἰσθαίων (in margine γερμανισσῶν) ἀνα μέσον Ἀραβίας καὶ Συρίας, οἰκῆσαι ἰναὶς ὀρηθέντας παρ' ἐαυτῶν. Διὸ καὶ πρὸς τοῖς γένεσι τέτοις ἐκ παλαιῆς ᾠδαδεδοῦς τὸ πειτέμνειν τῆς γυνωμένης παιδας, ἐξ αἰγύπτιος μετενηνεγμένῃ νομίμῃ. Quid si præter lectionis diversitatem dicamus, non debuisse hanc mentem ipsi *Diodoro*, sæpè alias ab *Equite* notato, ex istis quidem verbis attribui, quoniam Græcam constructionem quivis videt supplendam per λέγῃσι, φησὶ, vel ut *Herodotus cit. Marshamo* p. 49. loqui amat, καὶ ἡκρον.

l. 17. Geo-
gr. f. 824.

XIV. Licebit inspicere *Strabonis* locum à Nostro quidem in suam rem non adductum: Τῶν Ἰσθαίων ζηλωμένων μάλιστα παρ' αὐτοῖς, τὸ πάντα τρέφειν τὰ γυνώμῃρα παιδιά, καὶ τὸ πειτέμνειν, καὶ τὰ θήλα ἐκτέμνειν, ὅπως καὶ τοῖς Ἰσθαίοις νόμιμον. καὶ NB. ἔτοιγ' εἰσὶν Αἰγύπτιοι τὸ ἀνέκαθεν, κατὰ τὴν εἰρηκαμῆρ ἐν τῷ πρὸ ἐκείνων λόγῳ. Hujus pronuntiati partem ita confutat *Schotanus* *: *Id ignorare non debuit Strabo, quòd Judæi non exciderint femellas.* Castigatum aliam *Strabonis* locum in re eadem vide in *Marshami Canone* p. 75. Splendidè insuper seu mentitus seu deceptus miserè est cum *Diodoro* *Geographus*, quando Judæorum natales atque prima incunabula quæsisit in Ægypto. Scilicet est hæc inter tot monstroforum errorum causas, quòd gentiles longa forte *Israëlitarum* in Ægypto commoratione occæcati somniant, *Ebræos* esse Ægyptiorum progeniem.

* Vide omnino *Montacutum in Origg. Eccl. part. I. n. 52. p. 59. Huetium ad ἐξηγητικὰ Origenis* f. 5.

XV Silentio apologetico *Josephi*, quod causæ tamen fraudi esse nequit, subjungit *Marshamus Celsi* atque *Origenis* conflictum, *Epicureo* sc. contendenti διὰ τῶν Αἰγυπτίων αὐτὸ ἐληλυθέναι, respondisse *Patrem*

*Patrem adamantinum, quòd Moses dixerit: πρῶτον ἐν ἀνθρώποις
ᾤεται μῆδ' τὸν Ἀβραάμ.* Ubi iudicium de hac *Origenis* solutione in-
terponit Noster p. 75: *Id non legitur Genes. XVII.* Id verò intelli-
gitur ex aliis Scripturæ locis per demonstrata Th IV. V. Plura ut
ad hunc locum attexamus, vetat Theologorum exegetarum aucto-
ritas, quibus illa messis jure relinquitur

XVI. Nunc pergimus ad ea, quæ *Marshamus* habet alibi, p. 216.
*Ex singulari quadam circumcisionis sanctitate inolevit opinio, incircum-
cisos fuisse immundos; NB. adeoque non tantum à conjugio aut concubitu,
sed etiam ab omnimodâ consuetudine cum exteris abstinendum esse.*
Etiam Josephi temporibus non poterant Ægyptii panem edere cum Ebrais.
Βδέλυγμα γὰρ ἔστι τοῖς Αἰγυπῆσι. Quid verba velint, vix divinare
possum. An Ebræos tum præputium habuisse dicit? Dicere sane
non potuit, qui Abrahamidas rectè contra quosdam ait circumci-
sos fuisse, & ante introitum in Ægyptum, & dum in Ægypto com-
morati sunt p. 73. An latere ipsum potuit locus solaribus radiis
scriptus Gen. XXXIV, 14. 15. 17. 22? Neque forsan dicere istud vo-
luit, si conjicere ipsius mentem licet ex reliquis autorum testimo-
niis, quæ probant, vixisse Ægyptios sibi, causâ non probatâ, sub
quæ tamen, quæ sequuntur, subsumit omnia, non satis circumspe-
ctè. Vel si sensus est: immundos fuisse habitos pro incircumcisis, ra-
tio tamen fallit, cum ea fuerit vita Ebræorum pastoritia, & quòd
ii simul sacrificarent taurum, arietem, capras, animantia divinis in
Ægypto culta honoribus *

* hæc præter *Onkelosum*, *Jarchium*, *Maimonidis* etiam ad *Exod. VII. 26.*
glossa est apud *Outram* l. 1. de sacrific. c. 9.

XVII. Equidem Anglus noster aliam adhuc crucem p. 73. figit
quando per opprobrium Ægypti, Jos. V. 9. circumcisione ab Israëlitis
Josuâ ministro ablatum intelligit præputium non minus Ægyptiis
probrosus, quàm Judæis: sed crucem refigit probabilior explicatio
aliorum Autorum (1) quos inter nobis perplacent, quæ commen-
tatur *Osiander*, *Danbauerum*, (2) dignum præconem nactus: Nunc
demum non modo à servitute Ægypti ac verè & plenè liberati; sed & ab
omni immunditiâ, quam videbamini ex Ægypti (religionis Idololatrica)
inhabitatione contraxisse, repurgati estis: quippe sanctificati Domino &
recepti ab ipso plenè in fœdus gratiæ per Sacramentum circumcisionis.

B 3

Itaque

Itaque probet *Marshamus* novam suam ἐξήγησιν, probet eo tempore præputium toti Ægypto fuisse probro.

(1) *Athanasius, Kimchi, Belgæ, Piscator, Tirinus* exponunt de præputio, quod magno suo probro ex Ægypto plerique secum detulerant. Quin *Tremellius, Junius Bibl. & Nic. Arnoldi* l. qui audit *Lux in tenebris* p. 217. inde colligunt, Israelitas habere voluisse liberos cum præputio, quia spem habuerunt redeundi in Ægyptum, & hanc esse rationem, cur ætas ista ritum circumcisionis neglexerit, *Eocharto* quoad hæc rectius ad alia abeunte in *Hierozoico part. 1. l. 2. f. 644.* Purius loquentem lege *Friedlibium ad h. l. f. 309.* & præ omnibus *Schmidium Tr. de Circumcis. part. 3. p. 419. 427.* Si opprobrium Ægypti significat præputium, locum commodè habet hæc paraphrasis: Hodie circumcidi vos, Ægyptiis hæctenus iu præputio similes.

(2) *Μυσηγεωσοφ* p. 252,

XVIII. Nam quod de Phœnicibus, imo Jucatanensibus, & Guazacualcensibus memorat *Hornius* (1) de sacrificulis Seliccensibus *Dapperus*; (2) ex iis non omnes circumcidi, sed præ aliis ut plurimum Sacerdotes, hierophantas, haruspices, & sacrarum literarum Astrologiæ & Geneseos studiosos: idem de Ægyptiis & Troglodytis habetur passim (3). Sacerdotes imprimis rigidiores fuisse docet *Pythagoras*, qui circumciscus legitur propter Ægyptiorum Prophetas, ut adyta ingredi, mysticamque Philosophiam liceret introspicere. (4) ne dicam, gentes non raro iterum deseruisse, iterum suscepisse hunc ritum (5)

(1) *l. 1. Americ. Orig. c. 3. p. 33.* (2) *in Africâ f. 366.* (3) *Huëtius Dem. Propos. 4. p. 226. Sanchez apud C. à Lapide ad Jer. IX. f. 632* imo ipse Ægyptius *Origenes ad Rom. Epiphanius her. XXX. Hieronymus Tom. 5. Opp. f. 287. 288.* (4) *Clemens, Strom. f. 221. Theodoretus Therapeut. f. 6. Jamblischus c. 3. de vita Pythagoræ*, ut adeo his testibus multisque aliis cum *Lipso l. 1. Manuduct. ad Philosophiam Stoicam Diff. 6.* ambigere vix liceat de veritate historiæ. (5) ex hoc fonte conciliatur ab *Huëtio Josephus*, qui apud *Marshamum* f. 74. contra *Apionem* scribit: τῶν τῆν Πηλαισίνην κατοικούντων μόνον εἶσο (sc. NB. ἡν) ποιεῖσιν ἰεραῖοι.

XIX. Et quis difficultatem constituendarum originum dissimulare audeat, hominibus raro talium rerum initia observantibus. f. monumenta ejusmodi conservantibus, vel etiam datâ operâ suis ita superstitionibus æternitatis gloriam conciliare molientibus? Ingenue *Schotanus* (1): de Ægyptiis quid sim dicturus, ignoro, susceperintne circumcisionem ab Abrahamo, an à Josepho. Dubitari merito potest, an Ægyptii omnes gentes alias hac in consuetudine anteverterint, illas præcipue, quæ ab Abrahamo, ejusque servis una cum Domi-

no

no circumcisis ortum habent. Accepit quidem Ismaël à matre mulierem Ægyptiam: verùm Ismaël expulsus confidebat in locis Arabiae petreae in eremo Paran, manentibus ibi quoque posteris, quos non *Ismaëlitas* modò, sed & *Kedarenos* (2.) vocamus. Igitur si nunc seposueris Arabiae felicitis incolas, prout orti sunt à Joktane (3): nullo modo absurda est *Huëtii* (2) & *Bocharti* (5) sententia, circumcissionem venisse ad Ægyptios ab Arabibus (Kedarenis), quod etiam præter *Clementem Romanum* (6) sentire videtur *Dn. Becmannus* per verba in *MS. quodam*: *Ritum hunc Israëlitæ, Idumæi, & NB. horum exemplo quoque Ægyptii & Æthiopes retinuerunt. Consolidatione enim eget, quòd Cuneus* (7) scribit: *In hoc uno Herodotum sua non fefellit divinatio, quòd Æthiopes potius ab Ægyptiis, quàm hos ab illis accepisse morem existimat. Quippe primi Ægyptii Hebræos imitati sunt, quos sedibus suis exceperant. Si objicere quis velit ex Marshamiani Canonis p. 104. 105. Arabas Ægyptiis habitos fuisse ignobiles, & Arabicam vivendi rationem Ægyptiis odiosam fuisse: id certo tempore de quibusdam valuisse respondebimus. Unicum addo generatim: fervos Abrahami, imo Ceturæ filios potuisse cerimoniam istam diffeminare, nec nihil Judæorum viciniæ (8) aut Judæorum mixturæ (9) eorumque transportationibus tribuendum. Summatim: sententia jungenda sunt.*

1. *Bibliotheca T. 1. f. 146.* (2) a קדר filio Ismaelis Genes. XXXV. v. 14. ut pro tentoriis Kedar Ps. CXX, 5. Paraphrastes Chaldaeus habeat tabernacula Arabum: & ipsissimam hanc permutationem adhibeat Spiritus S. Es. XXI, 13. -- 17. Obiter adnotamus referre *Elmacinum apud Hotting: l. 1. Thes. Philolog. c. 1. ejusque Histor. Orient. l. 1. c. 1. f. 7. 8. c. 3. f. 56. 58. & Gregorium Abul Farajum in Historia Arabum p. 6.* quod Ismael in eam Arabiae partem, ubi nunc Mecha est, concesserit. Confer *Petrum della Valle 17. Sendschr. f. 206.* Quæ ratio est, cur Muhammedani nomen Ismaelitarum à Judæis sibi contemptim impositum cum honore admittant, ipsumque Ismaelem Mahometis avum, Saracenicæque lingvæ autorem fuisse gloriantur. (2) בני קדר dicti Jer. XLIX, 28. censente *Pocockio not. ad Gregorium p. 34.* (4) *Dem. Prop. 4. p. 226.* (5) *l. 4. Geograph: c. 31. p. 325.* (6) cujus verba citat. *Hoornbeeck Summa l. 3. p. 147.* (7) *l. 3. de Rep. Ebr. c. 5. repetitque Schötanus Bibl. T. f. 144.* (8) *cum C. à Lapide in Jer. f. 632.* (9) *cum Bocharto l. 2. Geogr. c. 26. f. 150.*

XX. Alii ad *Josephum* referunt Ægyptiorum circumcissionem, quam sententiam uti non aspernantur viri cultissimi (1): ita *Petrus della Valle* (2) illustrat in genere: *Alles was in Egypten denckwürdiges zu sehen ist/ wird von den Türcken und Mohren für des Josephs*

sephs

sephs oder Pharaon ausgegeben. Videntur quidem nonnulli vi-
ri celebres (3) sentire aliud, sed id tantum inde consequitur, Ægy-
ptios à *Josepho* haud qualicunque modo compulsos fuisse ad susci-
piendum hoc sacrum, eo quod vir ille divinus ab Ægyptiis non de-
scensurum fuisse Messiam &c. noverit. Ægyptios tempore *Josephi*
auctoritate valentissimi se circumcidisse adducto sibi postea præpu-
tio fatetur *autor anonymus libri Aruch*, in eo hallucinatus, quod, ex
quo relictis Ægypti finibus in Palæstinam migrarint Israelitæ, ri-
tum eum nunquam rursus usurpatum fuisse existimat. (4).

(1) *Episcopus Instit. l. 2. c. 10. f. 44. Hornius Hist. Philos. l. 2. c. 10. p. 115. sq. Brau-
nius l. 2. de Vestitu Sacerdot. Ebr. 758. (2) 12 Sendsch. f. 130. (3) D. Fran-
tzius in Scholâ sacrificiorum Disp. 9. §. 69 p. 230. & D. Mullerus in Judaismo
detecto c. 20. §. 4 p. 684. (4) si fideliter mentem ejus exponit *Cunæus l. 3. de
Rep. Ebr. c. 5.**

XXI. Cæterum an à reliquis *Jacobi liberis* quicquam acceperint
Ægyptii, legisse quidem me non memini: absit verò, ut flocci pen-
datur illud *Theodoretii* (1): ὅτι οὐκ ἦν πάλαινομος Αἰγυπτίοις περιέ-
μνειν τὰ βρέφη, ἢ τὸ Φαραὼ θυγάτηρ ἀξίον ὀφείτως μαρτυρῆσαι. τῆ γὰρ
ὀχθη τὸ ποταμὸν προσερίμνον εὐρεῖσα τὸν Μωυσῆν, εὐθύς γε τὴν
περιουμένην εἶδεν τὸ γένος ἐπέγνω, καὶ τῶν Ἑβραίων ἐκγονοὺς τὸ βρέφος
ὠνόμασεν. Is ipse locus *B. Danhaucro* harum salebrarum satis gna-
ro fere persuasit, serius circumcisionem venisse ad Chamitas nostros.
(2) Quod tamen vim argumenti concernit, dissimulare nolim, po-
tuisse filiam Pharaonis de puerulo Hebræo conjectare ex Parentis
mandato, quod & causam dubitanter sentiendi dedit *Vossio l. 1. de
Idol. c. 30. f. 116. Filia Pharaonis videbat Mosen in fiscellâ reconditum
esse matris Israëliticæ ex duro Patris edicto, NB. fortasse etiam ex circum-
cisione. Audaçter tamen addit Vossius: Ægyptii enim eo tempore
necdum circumcidebant. O quantus, quantus Apollo multis futurus
fuisset, si id idoneis rationibus fulcivisset.*

(1) 1 *Therapevt f. 6. (2) Nam, inquit in μυσηγιοσοφ. p. 194. Si tempore Mosis
prolem suam circumcidissent, quomodo secundum Theodoretum Moses ex He-
bræorum sobole fuisset agnitus Exod. II. 6. confer Friedlib. in h. l. f. 151.
(3) quem in circumcisionis die *Joachim* vocatum esse contendit *Clemens,
Strom. f. 252. Jekuthielem* verò *Rabbini* quidam*

XXII. Ad minimum id probari posse videtur, tum nondum
omnes in Ægypto amputasse sibi præputia, prout colligimus ex
Exod. XII. 38. ubi de exeuntibus Israëlitis sic loquitur Spiritus:
Abi-

Abibant etiam cum illis ערב ערב Luth. viel Pöbelvolcks. Non satis rationi consonum videtur, ut cum doctissimis aliquot viris promiscuum vulgus de profelytis justitiæ tantum capiamus, sed de peregrinis etiam nondum circumcisis nec invito circumcidendis. Ita Seldenus (1) quam in rem non ineptè urgeri potest vocabulum ערב, quæ legitur *Neberm.* XIII. 3. Et hi quidem profelyti Ægyptii (2) non sterilitate vel tyrannide Ægypti, sed prodigiis Mosaicis moti, ac interneccionem totius gentis metuentes Israëlitis se adjunxerunt. Nec mirum, Ægyptios sivilisse suos exire tot plagis contusos vel non curantes, vel non advertentes eorum egressum. Numerum plebis excurrisse ad 4000. ducibus *Janne & Jambre* Hebræi contendunt (3)

(1) *l. 1. de Synedr. c. 3. p. 11.* Vide omnino *Marshamum p. 199.* (2) *Fr. Moncajus in Aarone purgato l. 2. c. 8. p. 265.* (3) *ex Tanchumâ apud Bochartum Hierozoic part. 1. l. 2. f. 343.*

XXIII. Porro memorat *Philo* (1): *Æthiopes ipsos, καί τῶν ὄντας πολεμίσας, τὰμ propenso in Mosen animo fuisse, ut ipsius quoq; circumcisionis ritum ab eo acceperint.* Adeò liceret hoc loco certi quid statuere, nisi Æthiopum latitudo & varia cum grassationibus exorta nominum confusio, sæpiùs à *Marshamo* indicata vetaret, sicut & *Sephora* vocatur כַּשִׂיָּה LXX. αἰθιοπία : non quòd Midianitæ à Cusho oriundi essent, sed quòd eorum regionem incolerent, vel quòd Midianiticus tractus vicinus esset Æthiopiæ orientali, dictæ postea Arabiæ, (2) Idcirco Midiano à familia Abrahami segregato posterì paulatim intermiscere hunc ritum. Aliàs enim *Moses* in gratiam uxoris Midianiticæ (3) Sacramentum initiationis Eliefero applicandum haud distulisset, nec ad ministerium circumcisionis compulsa præputio ad pedes *Mosis* projecto maritum nuncupasset virum sanguinarium seu *sponsum sanguinis* (4)

(1) *ex Artapano apud Euseb. Præp. l. 9. c. 27. f. 43.* (2) paulo aliter *Huetius* commentatus est *ad Artapani locum: Chusitas habuit pro Æthiopibus, cum essent Arabes Midianitæ. ad ἐξηννητικὰ Origenis f. 13.* Sed consule *Bisselianam Topothesium Palestinae p. 142.* (3) ita sentit *Episcopus Instit. l. 2. c. X. f. 43.* (4) Obiter noto, diligenter docere *Pocockium Notis ad Portam Mosis a. p. 51. - 54,* quomodo ex increpatione *Sephora* Exod. IV. 25. חַתָּן רַמִּים fit Arabicum *chatan*, circumcidere.

XXIV. Hac occasione sistit sese traditio Habessinorum de Regina *Maquedâ* (1). Audiamus confessionem legati Æthiopici (2):

C

Habe-

Habemus à temporibus Regine Saba circumcissionem, quam ad hunc usque diem servamus. Hæc nomine proprio Maqveda, audiens de Salomonis sapientiâ, misit quendam Jerusalem. Quo reverso subito se ad iter componit, ac præter multa alia à Salomone legem & Prophetas didicit: Sed ea in patriam proficiscens iterum in itinere filium ex Salomone conceptum peperit, qui vocatus est Meilech (vel Melilech) quem ipsa Regina in Æthiopiâ usque ad vicesimum annum educavit, ac postea ad Salomonem Patrem remisit, ut ab eo scientiam & sapientiam disceret, quem per literas obsecravit, ut filium Meilech coram arcâ fœderis crearet Regem Æthiopiæ. Insuper decreto Maqveda mulieres quoque circumciduntur ad octavum diem.

(1) *Marshamo* & aliis *Nicaula* dicitur sanguine *Keturæa* juxta *Baronium* T. 1. *Annal.* f. 54. (2) ut eam recitat *Damianus à Goes* p. 499. sq. & ex ipso *Zeilerus* part. 2. *Ep. centur.* 2. ep. 4.

XXV. Equidem sævis clamoribus hanc in traditionem intonuisse legimus *Gregorium Habessinum* (1) apud *Ludolfum* (2) qui & ipse negat, Habesinos eandem cum Judæis usurpare circumcissionem, etiam quod glandis denudatio seu פריעה ab Æthiopibus facta non sit. Rem largimur: rationis examen præterimus, siquidem tum denudationem tum exuccionem legi addidere Magistri solùm, non Lex. Nescio autem, quibus documentis solidè refutari vel probari possit ista traditio. Suspicionem Judaismi auget octavus dies, ut taceam esse (3) gentem Æthiopicam *Alnajab* lapide duro circumcidentem ad imitationem Josuæ. Non tamen abs re miratur *Ludolfus*, rem istam ibi privatim fieri à mulierculâ sine arbitris, deinde *Africæ* tantùm & partis *Asiæ* fœmellas tali carunculæ *Bedbron* seu *Nympha* dictæ procidentiam laborare. (4) Ibidem refert, inter fœminas illorum æque magnum convitium esse, Galicui dicatur: *O Bandaron* i. e. *o in decisa*, quam si virum inter Judæos voces פריעה. De fœminis *Coptis* *Persicis*que nomen licet Christi professis necessitate prius, quam religione eo adactis confer *Huëtium* notis ad *Orig.* f. 5.

(1) qui audiens, *Matthæum Armenum* gemella scribere, subinde dixit: *figmenta, deliria, mendacia sunt. Si dixit hoc Matthæus, bestia campi fuit* (2) *Hist. Aethiop.* l. 3. c. 1. (3) teste *Eutyrbio* *Annal.* f. III. Vide *Prærebod* *Scrutin. Relig.* c. XIV. p. 184. seqq. (4) nam ait n. 39. *Judæorum fœmina in Germaniâ rident, nesciæ quid puellis abscindi possit.*

XXVI. Hæc

XVI. Hæc sufficient pro defendendâ circumcissionis verâ ori-
 gine: nunc amputanda mora est, ut reliquum historiæ percurra-
 mus: ubi tamen statim examinandus est *Marshamus*, dum *Moabitas*
 atque *Ammonitas* fuisse circumcisos pernegat. Ita enim p. 174. de
 jure Ebræorum connubiali disserit: *Lex de non-contrahendâ affinitate*
exterorum non tantum attinet ad populos Deut. VII, 3. alibi que me-
moratos, sed ad incircumcisas nationes universas. Ammonites & Moa-
bites non intrabit in Ecclesiam Domini &c. Verùm quare non ita po-
 tius argumentatus est Vir nobilissimus: *Moabites & Ammonites non*
erant ab Isrâëlitis ledendi. Deut II. 9. 19. E. fuere circumcisi? quid cau-
 sâ fuit, cur veris Scripturæ causis exertim positis affingeretur spu-
 ria? Scilicet sic velificandum erat Ægyptiis, dum porrò loquitur:
De circumcisis gentibus longè aliter statuit. Non abominaberis Iduma-
um, NB. quia frater tuus est: nec Ægyptium, cum peregrinus fueris in
terrâ ejus. Sed miror, cur Eques alibi immunditiem Ægyptiorum
 agnoscat p. 224. *Gradatim evanescit immundities. Licet conjugia*
cum alienigenis immunda sint, tamen profelytorum Ægyptiorum & Idu-
mæorum liberi in tertiâ generatione venient in Ecclesiam Domini. Phra-
 sis hæc rectè cum *Marshamo* capitur non tam de admissione ad offi-
 cia publica (1), aut profelytismo (2) sed de Ebræorum jure connubia-
 li, quod suo tamen modo secundæ opinioni innectitur. Tantum
 igitur abest, ut locus Deut. XXIII, 3. *Marshami* suffragatorem a-
 gat, ut potius ingens autorum numerus diversum sentiat. Am-
 monitas enim & Moabitas id consuetudinis bonis temporibus re-
 tinuisse docent (3) *Hieronymus*, (4) *Theodoretus*, *Hugo*, *Castalio*, (5)
Dapperus, (6) *Bonfrerius* (7) *Huetius*, (8) *Hornius*, (9) *Danhauerus*, (10)
Seb. Schmidius. Huc pertinet generalis illa *Montacutii* observatio,
 (11) *Idem quod de Idumæis, de cæteris Arabiæ nationibus Ammonitis, Mo-*
abitis, Ismaelitis, Madianitis & aliis à Lothi vel Ceturæ filiis oriundis.
Quocirca nusquam, quod meminerim appellantur in Scriptura incir-
cumcisi, sed titulus ille apud Philistæos resedit. Lothus verò ipse Am-
 monis & Moabi pater an circumciscus fuerit, quæritur? Negant
Montacutius, (12) *Waltherus*, (13) *Friedlibius*, (14) *Seb. Schmidius*, (15)
 alii ex Scripturæ silentio, alii ex defectu obligationis, factæque
 promulgationis. Admittunt *Danhauerus*, cujus verba *Μουσνησο-*
σοφ. p. 193. subinnuunt originem Ammoniticæ atque Moabiticæ cir-
 cumcissionis à Lotho esse, & *Schotanus* (16).

- (1) cum Gerhardo in Deuteronom. f. 1367. 1371. (2) cum Seldeno l. 5. de 7. N. Ebr. c. 14. p. 648. (3) Tom 5. Opp. Basil. 1537. f. 287. sq. (4) ap. Polum Critic. Vol. 3. f. 758. (5) l. 2. America f. 287. (6) in Tentateuch. f. 204. sq. (7) in Comm. Origenis f. 12. Et Dem. Prop. 4. p. 226. (8) ad Sulpit. l. 1. p. 30. (9) Musnegio. p. 194. (10) Tr. de Circumcis. part. 3. c. 7. p. 484. (11) Orig. Eccles. part. 1. n. 52. p. 59. (12) ibid. f. 57. 61. (13) Spongia Mosaica p. 480. (14) in V. T. f. 75. (15) Tr. de Circumcis. part. 3. c. 7. p. 481. (16) Biblioth. T. 1. f. 146.

XXVII. De *Israelitis* res clarior est, quàm ut addi quid debeat. Svavis tamen lectu fuerit Imp. *Heraclii* error, qui cum per Astrologiam observasset, Imperium pressum iri sub populo circumcisorum, confestim iussit omnes *Judæos* interfici, nesciens circumcisionem latius patere, quàm *Judaismum*, aut *Agarenos* simili notâ insigniri. [1] *Agarenos* seu *Saracenos* eo tempore Romanis servisse in Persiâ constat, iidemque instar militum mercenariorum circumquaque mittebantur contra omnes populos. Diminuto autem ipsis salario res vertitur in seditionem, ut notat *Vorstius* [2] rectèque monet, omnes fuisse *Ismaelitas*. Nam quod Gen. XXXVII, 25. Hebr. est *caterva Ismaelitarum*, Targum habet *catervam Saracenorum* [3].

- (1) Ita *R. Joseph Cohen* in *Chronicis*, subjungens simile malum à Galliarum Rege quodam patratum esse. Quod quidem assumentum sublesta fidei est, sicut & pauca leguntur alibi de ipso *Heraclii* errore (2) ad *R. Ganz.* צמח וירך p. 412. seq. (3) juxta *Hoornbeeck Summ.* l. 3. p. 91.

XXIIX. *Idumæos* quod attinet, eos fuisse circumcisos rectè dicit, malè applicat *Marshamus* p. 174. *Idumæi* enim vocantur fratres *Israelitarum*, quia *Edom* & *Israël* fuere fratres, ferturque [1] *Herodi Agrippæ* cum incidisset in Deuteron. XVII, 15. *manassè* lacrymas; omnem autem *Israelem* dixisse: *Ne timeas, Agrippa, frater enim noster es tu.* Scilicet communis opinio est, *Herodem* à primâ stirpe fuisse *Idumæum*, sed quia olim convenerit inter *Hyrcanum* victorem & victos *Idumæos*, ut non aliter in patriâ suâ incolumibus eis esse liceret, quàm si circumciderentur, ab eo tempore ad excidium templi omnes *Idumæos* circumcisos fuisse. Inde *Scaliger*, *Casaubonus*, *Spanheimius* pernegant contra *Eusebium*, alienigenam fuisse *Herodem*, qui pro concione *Judæos* compellaverit ἀνδρας ὁμοφύλους, qui ab ipsis *Judæis* *Cæsareæ* cum *Syris* de prærogativâ litigantibus fuit τὸ γένος Ἰσραηλῆος habitus. Quorsum facit, *Idumæos* *Solymas* nuncupasse patriam κοινὴν πόλιν. Equidem nostrum non est definire jus *Hyrcani*, an potuerit *Idumæos* ad hoc
 facrum

facrum cogere: videtur tamen nobis id fuisse nullum, quia quam-
 primum sedes extulerunt à familia Abrahami, & Esavus exclusus
 est benedictione Abrahami & possessione terræ Canaan, certo con-
 stitit, eos eatenus non obstringi. Aliud interim est potuisse omit-
 tere, aliud omisisse. Omisisse hanc ceremoniam legitur Esavus [2],
 quin *Epiphanius* scribit, illum reduxisse sibi præputium [3] poste-
 ris imitantibus. Sed longo tempore Idumæos retinuisse ritum
 istum, *Bonfrerius* iudicat. Judæis verò digna fabula est de *Amale-*^{in Penta-}
citis ex Edom oriundis Gen. XXXVI. 12. quos quia leguntur Deut. ^{teleb. f. 205}
 XXV, 28. *decaudicasse debiles*, dicunt lassos quibusdam de tribu Dan
 tardius secutis amputasse virilia in exprobrationem & contem-
 ptum circumcisionis,

(1) ex scriptis Thalmudicis apud *Galatinum* l. 4. de Arcanis C. V. c. 6. (2) in
Ganzii Chronol. p. 66 67. (3) An id fieri potuerit, dubitant *Origenes*, *Augu-*
stinus, *Hieronymus*, *Ludolfus*. sed aliud sentiunt *Josephus*, *Theophylactus* ad
 1. Cor. VII. 18. f. 257. *Celsus* &c. ad hunc epispasium impediendum disruptio-
 nem pelliculæ à Rabbiniis inventam censet *Frischmuth* *Disp.* ad Exod. IV, 25.
seqq. & noster *Dn. D. Carpozov* ad *Schickardi jus regium* c. 5. *Theor.* 17.
 p. 329.

XXIX. *Homeritas* ad censum nostrum spectare evincit Aucto-
 rum consensus. Nascitur tamen hac occasione quaestio: an *Ho-*
merite fuerint Idumæorum pars. Affirmat *Eqves* noster p. 175: nos
 negamus, agnoscentes discrimen inter *Idumæos* & *Ceturæos*. *Ho-*
meritas esse Arabes à Ceturæ posteris, ἐμωρίστομον τὸ ἔθνος καὶ τὴν
 ὀρχοὴν ἀπειτεμνόμενον ἡμέραν rectè censet *Philostorgius*. *Theophanes* ^{l. 3. Hist.}
 quidem *Byzantius* apud *Photium*: Αἰθίοπες παλαιὰ μὲν Μακεδόβιοι,
 νῦν δ' ὀμηρεῖται καλεῖσθαι & *Stephanus*: ὀμηρεῖται, ἔθνος αἰθίοπων* ^{l. 2. Geogr.}
 Sed liticulam conciliat *Bochartus*: *Habessinios ex Arabia venisse fama* c. 25.
est - huc facit, quòd pro Abyssinis quidam veterum Homeritas appellant
de Arabica gentis nomine. Quisquis Autor est *Historiolæ* περὶ τῆς
 ἀρχηγῆς τῶν Σαρακηνῶν, sic iste in *Sylburgii* *Saracenicis* pag 63:
 ἐκ τῆς Ἰεκτῶν οἱ λεγόμενοι ὀμηρεῖται, τῆς ἑστὴν Ἀμμαῖται, conf.
 pag. 95.

* quorum & aliorum autoritate ductus *Montacutius* *Homeritas* *Æthiopi-*
bus accenset, ex quibus iudice *Ludolfo* *Habessini* oriundi sunt.

XXX. Similiter *Sabæos* huc advocant scriptores, sed unde gens
 ista sic nominetur, adhuc sub iudice lis est. [1] Nobis hætenus ap-
 probatur *Sandii* sententia, qui [2] *Sabæos* ex *Ceturâ* ortos putat,

metropolinqvc ruille *Savanna* π. innumeraem int, qvī *Homerite*,
ut autumat *Sandius*, disqvitant peritiores. Alias Sabæi hi Serugi
tempore inclyti cum Persis & Charranæis valdè addicū fuere reli-
gioni *Nabathea* seu *Chaldae*, gloriati simul de capitibus qvibusdam
acceptis ab Abrahamo (3).

(1) Qvanqvam enim Sabæi Enofo assignent alium filium præter Seth, cui no-
men *Sabi*: incertum tamen, an ab eo se appellatos velint. *Schotanus Bibli-*
oth. T. 1 f. 14. Fatetur doctissimus *Hill ad Dionysium p. 353.* se primo *Sabæos*
à Shebâ filio Joktan deduxisse, sed persuasisse sibi Bochartum, Arabiam fe-
licem posterorum Joktan sedem fuisse, ipsorum Arabum scriptis fidem facien-
tibus. Geographum certè Arabem, qvī urbem inter Meccam & Sancas locat
nomine *Baisat-Joktan* q d. *בית יקטן* adducit *Capellus f. 11. in Apparatu*
Waltoni (2) l. 2. Hist. Eccl. p. 192. (3) *Hottingerus Thesaur. Philolog. l. 1.*
c. 1. p. 55. & paulo aliter Histor. Orient. l. 1. c. 8. p. 248. usqve 308.

ber. 30.

XXXI. *Cuthæorum* s. *Samaritanorum* circumcisionem ab *Epipha-*
nio etiam agnitam Autores potissimum *Rabbinici* ad *Historiæ Bi-*
blicæ carceres reducunt. Unus loqvatur vice omnium *R. Elieser*
(1): *Cum Israëlita captivi obducti essent è Schomron, misit Rex servos*
suos, & fecit illos habitare Samaria, ut tributum adferrent pro regno.
Qvid fecit S. Benedictus? immisit illis Leones 2. Reg. XVII. 25. Mife-
runt & allocuti sunt Regem Babel: Domine Rex noster, terra, in quam nos
misisti, non recipit nos. Rex consuluit omnes seniores Israëlitis, qui respon-
derunt: Domine Rex noster, terra hæc non admittit gentem incircumci-
sam. Dixit iis: tradite ex vobis duos, qui proficiscantur & circumcidant.
Miserunt autem R. Dostai & R. Zachariam & c. Sicut verò *Samarita-*
nis nunqvam convenit cum *Solymæis*: Ita siqvīs ex iis transiret ad
Judæorum fidem, sangvis fœderis ex pristinae circumcisionis cicatri-
ce eliciebatur. Imò successu temporis jus profelytismi denega-
tum *Cuthæis* fuit ex edicto *Ezrae*, qvòd urbis SS. instaurationem dif-
turbare, ac prorsus disjicere annisi essent, ut hac in re videndus *Sel-*
denus (2). Is ipse (3): ubi ex *Samaritarum Chronico* adduxerat co-
lumbam, *Josuae* Duci ministram cælitus datam, annectit *Drusii* ob-
servationem: *Samaritanus circumcidit in nomine imaginis columbam*
referentis.

(1) in capitulis ex interpretatione *Vorstii p. 101.* (2) *l. 2. de J. N. & G. c. 2.*
(3) *Synt. agm. 2. de Diis Syris. c. 3. p. 275.*

T. 1. An-
nat. f. 33¹.

XXXII. Ex *Affyriorum* gente *Baronius* producit *Izatem* Regem
Adiabænorum, qvī cum circumcidi vellet, restitit *Helena* mater, &
Ananias

Ananias Judæus ipse dicens: licere etiam absque circumcissione Deum piè colere, daturumque Numen veniam, si metu seditionis à subditis excitanda, signaculum id omitteret * Sed paulo post alius Judæus Eleazarus ad salutandum Izatem admissus in Mose tum legentem clamat: Nescis, ô Rex, quantam injuriam legi Deoque facias - Quidiu manebis incircumcissus? His auditis accito Chirurgo fecit, quod jussus est. Ast hoc exemplum probat saltim, Izatem factum fuisse profelytum fœderis, qualem factum esse Neronem, Antonium &c. ambitiosi produnt Thalmudici. De Colchis supra dictum th. X.

* planè ut R. Lipmann num. 21. Nizachon: *Qui credit, ut oportet, ille est Judæus, etiam si non sit circumcissus.*

XXXIII. De Græcis veteribus Pythagorâ excepto conticescunt omnes, ita ut Herodotus scribat, Phœnicas olim circumcissionem Græcorum commercio omisisse, Timotheusque patre Græco satus demum à Paulo circumcissus fuit Act. XXI, 3. Aliud est exsectio, cujus non infreqvens mentio in theogoniis. Adnotamus hîc nonnihil contra Marshamum, qui si p. 216. ex præputio Græcorum deducit illud Herodoti: *neminem Aegyptium, Aegyptiamve viro Græco figere osculum, nedum cultro, veru, aut ollâ illius uti*, contravenit Seldeno, qui causam affert ab Aegyptiis pecora pro Diis habentibus. Hodie Islamismus adeoque circumcisio simul disseminata per Græciam est: Jacobite autem Cairi ab aliis Græcis, qui sibi non imminuunt pelliculam, lingvâ Cræcâ crassiore vocantur *Coptite, incisi*. Neque enim Hoornbeckius I. E. Gerbardo persuadere potuit, Muhamedanos ita per contemptum Christianos vocare ibi viventes

XXXIV. Nec Pœni in Africâ à Phœnicibus oriundi hoc more leguntur imbuti, si credimus Hornio l. 1. *Origg. Americ. c. 3. p. 33.* Erat Phœnicum natio navigationibus atque coloniis celebratissima: potuit tamen stirps aliqua à progenitorum moribus abire, sicut de Indorum *Brachmanibus* ex *Keturâ* * natis idem multis mirantibus silentium est.

* Postelli verba Palladii editioni præfixit Edoardus Piffæus: *Illi Abrahamini filii sunt ex Keturâ, qui eum Isaaco nolent obtemperare, sunt ab ipso in Orientis partes destinati, ubi ad hanc diem sub Brachmanorum nomine servant sacre doctrine præcepta.* Rogerius insuper 1. *Theil des Indianischen Heydenthumbß p. 2.* *Epiphanium*, multosque alios hujus sententiæ fuisse testatur.

XXXV.

XXXV. Constantes contra Arabum hac in parte æmuli existunt *Muhammedani*. Sicut enim hi rasuram & tonsuram Arabum Scenitarum sunt cum gentibus aliis imitati (1): ita putandum non est, esse præceptum circumcisionis, novum legis Islamicæ præceptum (2). Nam etsi ipsum Mahometen præcepisse circumcisionem ex *Elmacino* probat *Hottingerus* (3): in *Alcorano* tamen non legitur, observatum est à *Pocockio* (4) parcius de eâ loqui Mahummedanorum scriptores. Nimirum Arabes Ismaelitæ, Saraceni, Hagareni erant primi Muhamedis comites: crescente verò sectatorum suorum numero, ex quibus aliqui circumcisi erant, aliqui præputiati, noluit ritum sibi suisque & majoribus usurpatum deserere, ac nemo Musulmannus esse aut Mosqueas intrare potuit citra factam amputationem præputii (5).

(1) testes bene multos collegit *B. Geierus de Luctu Ebraeorum* §. 8. p. 216.-227.

(2) monente *Hornio Origg. Americ. l. c. 3. p. 33.* & *Pocokius in notis ad Historiam Arabum Gregorii* p. 319. (3) *Histor. Orient. l. 2. c. 4. p. 408.*

(4) *not. ad AbulFaraji historiam* p. 319. (5) Id dicere haud dubiè voluit Autor commendatissimus *Gvil. Joseph Grelot en la Relation d'un Voyage de Constantinople* p. 262: *Cette circoncision est seulement une marque de leur obeissance aux paroles vocales de Mahomet qui ne l' a point fait écrire dans son Alcoran; mais l' ordonna seulement après, voyant qu' il avoit beaucoup de sectateurs &c Or comme ce seroit une marque de desobeissance à la loy, que d' estre incircconcis, en n' admet point, à la priere publique ceux, qui ont encor leur prepuce.*

XXXVI. Nihilofecius certum est, *Tataros* circumcisionem habere nonnisi à Muhammedanis, ex quo cultus Islamiticus in Tataria introductus fuit (1). Nunc ambigere non licet. Verum antiquitus illos fuisse circumcisos, id denique firmâ probatione indiget. *M. Paulus Venetus* (2) qui totos 17. annos in aulâ magni Chami versatus eiqve intimus factus multa de Tataris descripsit: de illorum circumcisione prorsus *ἔδὲ 220*. Quod majus est, allegat *Dapperus* (3) *Katauenses & Sarmatas* fluminis *Obi* accolæ, Tatariaë populos, qui cum diversa sentiant à fide Turcarum, nedum hodie circumciduntur. Nolo hic attexere controversiam de Tatarorum origine, sed sufficit notare Regulam, quæ magna nobis otia faciet enarrandarum gentium aliarum: *Quo usque*

usque pertingit Muhammedismus, eo etiam extenditur Tsuneth seu circumcisio, (4) Absit tamen, ut reciprocè valeat Regula, utpote quod Bolmenses, Zilmenses, Qvillingenses, aliiqve Africæ populi à cultu Islamico alieni, nihilominus præputium amputant (5). Igitur succurrit alia *Hornii* (6) observatio: *Hodiè omnes torridæ Zone subjecli circumcidunt.*

- (1) factum id anno clō ccxlvī sub Innocentio V. supputante sic *Hoornbeeck. Summ. l. 3. p. 100.* (2) Vid. *Nic. Fullerus l. 2. Misc. c. V. p. 186 seqq.* (3) *l. 2. America f. 287:* (4) quam latè pateat Islamismus, ex uno discimus *D. Osiandro Exerc. IX. de Muhammedismo p 271. seq.* (5) si fides est *Dapperi* relationibus in *Africa f. 385.* (6) *Origg. Americ. l. 1. c. 3. p. 33.*

XXXVII. Quamquam verò apud *Turcas* foeminae non ex lege aut necessitate circumciduntur, sed quandoqve honoris causâ (1): attamen in urgendo hoc ritu Muhammedani impigri sunt, cum jam monuerimus, neminem alium ad preces publicas scienter admitti. De mulieribus in *Algeriâ* servos connubio ad sacra sua spe meriti trahentibus, *Zokatarensibus* & *Qvoyensibus Dapperum* (2), de *Abdul messih* ad circumcisionem coacto *Petrum della Valle* (3) legas.

- (1) quam in rem sequens *Mahometis* dictum in *Arabum* scriptis laudatur apud *Pocockium* in *notis ad Gregor. p. 320.* *Circumcisio ritus est viris necessarius, in feminis honorabilis, ut adeo res tota vix negari queat cum Barthol. Georgieviz l. 2. de moribus Turcarum.* Castigari verò debet, quod extat in *Sylburgii Saracenicis p. 39:* τὸ μὲν περιτέμνειν τὰς ἀρρὺνας, Ἑβραϊκὸν τὸ ἢ καὶ τὰς θηλείας τῆς τῆ Μωάμεθ ἀναισχυθίας ἰδιον, ἵπτι διορθώσει δῆθεν τῆς νομικῆς περιτομῆς (2) *Africa f. 166. 660.* (3) *part. 3. Sendschr. 12. f. 81.*

XXXVIII. Tempore variant Muhammedani, ac utiqve illorum textus, qui ad 8. vel certum annum alium adstringunt ipsorum circumcisionem (1) emendandi, limitandiqve sunt solo *Turcarum* exemplo ex *Greloti* itinerario cit. loc: *Ceux, qui l'on veut circoncire, doivent avoir NB. au moins atteint l'âge de sept ou huit ans. On n'en circoncit point NB. ordinairement de plus jeunes, mais bien de plus avancez en âge, comme de douze ou*
D quinze

quinze ans & plus, suivant la volonté des parens, si ce n'est, qu'estant pauvres ils sont obligez d'attendre le temps, que les riches font la leur, n'ayant pas dequoy fournir aux dépenses ordinaires de la circoncision. Liceat addere causam hanc certo casu non contemnendam, quòd oportet circumcidendos dari posse: *DEUS est DEUS, & Mahomet Propbeta. Arnoldus in additamentis ad Rogerii Indianisches Heydenthumb p. 540.* Die Muhammedanischen Tartarn werden erst im 2. oder 3. Jahre / nachdem es ihre Priester bey ihnen für rathsam befinden / beschneiden & *J. B. Gramaye, cum (2) de Sunachitis deserta Barbariæ extrema incolentibus retulisset eos nonnisi 30. anno circumcidere, simulque baptizare in nomine Dei vivi: post (3) de Mahometanis in Argelâ viventibus testatur, decimo quarto aliquos, aliquos etiam post annos aliquot ætatis masculos incidere.*

(1) *P. Martyris LL. CC. class. 4. f. 820.* Turcas credit 14 anno circumcidi ad instar Ægyptiorum veterum juxta Ambros. l. 2. de Abrahamo c. XI. *Dapperi item in Africâ f. 42.* Die Mahometer beschneiden ihre Knaben wenn sie 8. Jahr alt seyn & *Georgievitziic. 1. p. 8.* De *Madagascariensibus* ex *Straussii* fide adjicerem nonnihil, qui stato anni tempore ex certâ longitudine umbræ de stante viro cadentis colligunt circumcisionis tempus, ipsâ actione non sine ridiculis cerimoniis defungentes, nisi in *Madagascar* s. *Insulâ S. Laurentii* ii saltem, qui maritimas oras habitant, maximâ ex parte Mahometis sequerentur sectam, reliquis ad simulacra ac idola ineptientibus, docente id nos *Excell. L. Fellerop. 456. ad Hornii orbem imperantem.* (2) *Hist. l. 2. c. 1. p. 29.* (3) *ibid. l. 7. c. 7. p. 25.*

XXXIX. Quemadmodum porrò locus Circumcisionis ac Mohel certus designatus Judæis non erat (1): ita apud *Turcas* puer non defertur semper in templum, quod de Muhammedanis in genere sentit *Dapperus*: Sed circumciditur in domo parentum, vel chirurgi, per manum Chirurgi. Qui legere volet ceremonias, consulat discretim *Georgievitziium* & *Grelotum* ex quo id unicum subjungamus: *Turcas* si contingat, quempiam ex suis mori ante hoc Islamismi signum, denato distringere digitum auricularem ante sepulturam *pour marque de leur incirconcision*, neminem interim in limbum ἀπεστρημένων relegantes.

(1) teste

- (1) teste *Baronio T. 1. Annal. f. 51. Ottone in Lexico Rabb. p. 114. Brauno l. 2. de Vestitu Sacerdot. Ebr. c. 25 §. 3. p. 844. utramque circumstantiam invicem connectente sequenti regulâ: Quicquid extra templum fieri poterat, non recensetur inter ministeria Sacerdotum.*
 (2) *Afric. f. 42.*

XL. De *Causis*, ob quas Mahomet suis commendavit circumcisionem, dubitanter loquitur *Grelotus p. 261* soit afin de pouvoir reconnoître les corps de ses Musulmanns, qui seroient morts dans les combats, qu'ils devoient entreprendre, & soutenir pour l'établissement de sa loy, & pour les enterrer, & les honorer comme des martyrs, soit pour attirer plus facilement les Juifs à suivre ses erreurs par la ressemblance de cette cérémonie - soit afin que cet impur législateur affectant une netteté extérieure pour mieux cacher au peuple les saletés de son âme. Necessitas certe dubitandi est. Primo enim sine Mahomet non assecutus esset finem, multis Afrorum & Arabum se circumcidentibus, qui ipsum haud sequebantur: alter Judæis denudationem glandis summè requirentibus non accommodus fuisset, tamen circumcisionem ex causis esse judicat *Grimmaye (1)*, cur Judæi à fide Musulmannica non abhorreant. Deinde ipse *Grelotus* sibi respondet in sq: *Mahomet a ordonné cette cérémonie, qu'il avoit beaucoup de Sectateurs pour les distinguer des Chrétiens, qui ont le prépuce, & des Juifs, qui l'ont coupé autrement &c.* & *Alcoranum non semel invehitur in Judæos (2)* Christianosque Judæis anteponit. (3) Ad tertiam conjecturam notandum, Mahometi non defuisse artes aliter fucandi lasciviam, de quo scriptores passim. Munditiem commendare ita potuit: sed ratio, quam *Septemcastrensis* & *Ricerius* subinferunt, ac si circumcisio lotionem adjuverit, accessoria duntaxat est (4).

- (1) *l. 2. Africa illustrata c. 1. p. 27.* (2) *Hottingerus Hist. Orient. l. 2. c. 2. f. 325. Sylburgius in Saracenicis p. 37. ex Euthymio Zigabeno*
 (3) *Martinus à Baumgarten Itin. l. 3. c. 8. p. 122.* (4) *Judice Hoornbeeck l. 3. Summ. p. 147.*

XLI. De *Persis* pauca legi, nisi huc traxerim Regem *Cosri*, cujus cum Judæo discursum vertit *Buxtorfius p. 165. §. 8. 9.* ubi

pro וְלִתְכֶם notat in aliis editionibus bis legi לְנַעֲמָן וְפָרַע & Ismaëlitæ & Persæ. Credo certè, Ahasveri tempore Persarum etiam multos Judæorum timore correptos idem fecisse propter Esther VIII,17.

XLII. *Americanorum* circumcisionem non pauci probant exemplo *Mexicanorum, Jucatanensium, Guazakuallensium, Ilutensium, & Cuezcatlensium*. Negat id cum quibusdam *Hornius* passim, & * ait: *Quòd si certa circumcisionis inter Americanos indicia reperiantur, non dubitem id Judaica origini adscribere. Nolim ego promisisse. Sicut enim fieri potuit, ut Judæi ingrederentur Americam: Ita tractus hic olim visus fuit à navigatoribus. Quid si illi fuerint Ægyptii, Phænices &c? Res est intricata, quam non capit paginæ angustia.*

XLIII. Ne appendix desit, de Christianis quædam subjungere placet, & quidem à *Jacobo* primo Solymorum Episcopo usque ad *Judam* ejusdem loci Episcopum Episcopos laudatæ sedis circumcisos fuisse autumat *Eutybius in annalibus* fol. 259. Celebratur imprimis Abyssinorum Ecclesia, quam à Pseudapostolis corruptam fuisse suspicatur *B. Kromayer* (1). Protestatus tamen est *Claudius Æthiopiæ Rex* (2): *Non circumcidimur, sicut Judæi, quia nos scimus verba Pauli Gal. VI, 15. & 1. Cor. VII, 18. Omnes libri Pauli sunt apud nos, & docent nos de circumcisione & præputio. Tzagazaabus* (3): *Non gloriamur ob circumcisionem, nec etiam cæteris Christianis putamus ob id nos nobiliores aut DEO acceptiores esse. Sunt ex Pontificiis, qui judicant, posse ritum circumcisionis inter Christianos observari, si major pars orbis consentiret* (4): rectius verò Pontificius ad Synodum Cairensensem legatus 1583. persuasit ibi *Coptitis*, ut circumcisionem abrogarent (5). Aliàs constat (6), *Jacobitas* usurpasse circumcisionem ita tamen, ut in discrimen Saracenorum frontibus inurerent cruces, obstinatioresque fuisse *Christianos S. Bartholomæi* (7), & *Armenos* quam plurimos (8).

(1) *Disp. 8. de Apostasiâ* §. 5. p. 259. Similiter enim docuerunt *Cerinthiani, Ebionitæ, Samosatreniani* ac *Nazareni*. Vide *Polum Crit. Vol. 4. part. 2. f. 1514. Tirinum f. 1053. 1058. Gerbardum LL. p 1014. Dank.*

Danh. διὰ τὸ π. Concilii Hierosolymitani Artic. 1. § 3. Natalem Alexandrum Hist. Eccles. Sec. I. part. 1. Artic. 5. p. 63. (2) apud Ludolfum Hist. Æthiop. l. 3. c. 1. (3) apud Damianum à Goës p. 500. sq. Thomam à Jesu p. 308. Schöveigerum in Itinerario & Christoph. Philippum à Waldensels Antiq. l. 4. c. 21. p. 129 (4) prout Nicolaus Cusanus scribit, Cajetano in 3. q. 37. art. 1. eodem propendente. Prodiere etiam decem theses, quibus hæc doctrina Puritanis tribuitur, ac si circumcisionem Judaicam retineri debere censeant, sed acutè scribit Dn. Sam. Schelvigius, istos Confessionistas novellos in terrâ Magellanicâ propè Psittacos illos habitare, quorum REX aliquando pro societate religionis ad Cromwellum adornavit legationem c. 2. §. 2. p. 13. in detectione veritatis contra scrutatorem Gedanensem. (5) referente sic Brerevodio in Scrut. Relig. c. 13. p. 170. Hoornbeeckio Miscell. l. 1. c. 17. p. 522. sicut & id ipsum Tecla Maria Presbyter Abyssinus in legatione Romæ 1594. memoravit. Confer judicium Franzii in Scholâ sacrific. Diss. 9. §. 70. p. 231. VValther. in Spongiâ Mosaicâ p. 478. 483. Lorini ad Acta p. 673. Thomæ à Jesu apud Hoornbeeck Misc. l. 1. c. 17. p. 524. P. Martyris LL. class. 4. c. 7. f. 819. Episcopi Instit. l. 2. c. 10. f. 45. (6) I. E. Gerhard de Ecclesiâ Copticâ c. 1. cum Dappero Africæ f. 663. Sandio l. 1. Nuclei Hist. Eccles. p. 53. (7) Ibid. p. 192. l. 2. (8) Hoornbeeck Misc. l. 1. c. 17. f. 524.

XLIV. Sic res dolorum plena, nec ullis naturæ blandimentis vel monitionibus nixa potuit tot gentibus placere, & ab ipsis Christianis meliora doctis retineri, Judæis torvum videntibus aut contemnentibus. Quæ causæ communiter persvaserint, variè tradunt autores. Epiphanius (1) vult plerasque gentes id ex solâ consuetudine facere citra rationem, quod de Bolmensibus, Lilmensibus, Quillingensibus, incolisque regni Lovango imò Guazacuallensibus, Illutensibus & Crexatensibus memorat Dapperus (2). Sed aliud est, gentibus quibusdam nunc ignorari causam, aliud ritum primo citra rationem fuisse susceptum, quod nullo modo probabile est, cum ipsa Afrorum Quoyensium gens mandatum DEI jactent (3). De munditie nonnihil jam monuimus, & tametsi nihili habenda non est Curcellæi (4) suspicio, multos ita suam ex Abrahami profâpiâ originem ostentare voluisse: principem tamen locum sibi vendicat Episcopi sententia: Variæ quidem causæ circumcisionis esse potuerunt: sed eas ego mihi imaginor tantum non fuisse va-

se valituras apud tot, licet rudes, populos, nisi accessisset hæc cogitatio; ritum hunc divinitatem aliquam sapere, vel idcirco solum quod verisimile non sit, ut is imperetur vel ab homine casto & pudico, aut si castus non sit, qui imperat, ut à casto & pudico ullo homine seu populo suscipiatur sponte, aut cum successus seu opinione seu spe: vel à Demone, nisi jam pro DEO habeatur, & divinitatis opinione id, quod imperat, quaecumque tandem sit, commendatum queat reddere. Absque hac fuisset, nunquam circumcisio locum inter mortales reperisset. Hæc Episcopus (5) qui simul Philonis causas spurias, non per omnia invito Equite nostro ex professo castigavit.

- (1) *bar. 30. s. 30. Hoornbeeck l. 3. Summa p. 146.* (2) *in Africâ f. 385. 537. l. 2. Americ. f. 287.* (3) *Id. Afric. f. 413.* Neque nobis per omnia convenit cum Ludolfo, qui *Hist. Æthiop. l. 3. c. 1. n. 18.* credit, nihil sacrum ab ipsis hac cerimonia cogitatum fuisse, quemadmodum ubi dicit, circumcisionem apud Æthiopas peragi sine commemoratione finis notabilis, aliud professus est Tzagazaabus apud *Damianum à Goes p. 500: Præter sanguinis Davidici notam id, quod Symbolo circumcisionis latenter ostenditur, eximie servamus, nempe ut corde circumcisissimus* (4) *l. 4. Instit. c. 12. s. 9. p. 190.* (5) *l. 2. c. X. f. 45. seqq.*

XLV. Maximè verò à Pietate se commendat B. Wolfgangi Frantzii meditatio in *Orac. 12: Sacramentum circumcisionis contra mundo visum stultissimum pervolavit orbem terrarum adeò, ut plerique omnes Ethnicorum libri aliquid de eodem habeant (etsi immanis sæpè deprehenditur immutatio) vel in ludibrium Judæorum (dum vocantur Apellæ, λειπρόδερμοι ἀνεψίλωτοι. &c.) vel in emulationem eorundem. Cogita enim lector, si hodie adulti trecenti octodecim homines in uno loco decurtarent particulas ex membris suis genitalibus, sicut fecit Abraham sibi & suis, annon hæc fama pervolatura esset omnes angulos orbis terrarum, tanquam res ab insanis vel risu dignissimis suscepta. Elegit igitur DEUS hunc ritum talem, per cujus occasionem doctrinam de vero DEO & de Messia nascituro ex genitalibus, & ex semine istius populi, longè celerius, longeque latius propagavit, quàm si Concionatores mille instruxisset, & in varias provincias immisisset.* *Ridicula*

cula enim avidius excipiuntur, & citius longiusque disseminantur. Ex hac igitur auditâ cerimonia omnes gentes ansam arripere debuerunt, ulterius scrutandi de causis tanti ridiculi ritus. Felicissimè singula complexus est B. Danbæuerus Hodosoph. fol. 869: Quid erat ridiculus ille ab hominis sc. sensum circumcisionis ritus, nisi tacita quædam omnium gentium ad Ecclesiæ gremium invitatio? mirarentur primo ridiculum actum, deinde indagarent huius consuetudinis causas originem, finem.

XLVI. Tantum, Lector Benevole, in argumento haud satis evoluto scribere permisit ætatis atque Exercitationis Academicæ ratio. Multa auget, emendabit, expoliet futura Auctorum lectio, nec tamen futuros esse opinamur, qui veniam dare detrectabunt. Nostrum enim, omniumque proborum est illud Ausonii, quo *Canonis suo Chronico* clausulam imposuit MARSHAMUS noster;

ALIUS ALIO PLURA IN-
VENIRE POTEST; NEMO
OMNIA!

ADDITAMENTA:

I.

Potuerunt LXX. Interpretes vocem *δευτομῆς* mutuari ab Herodoto, aliisque Græcis qui quidem, quòd voculam *δευ* attinet, non respexerunt ad voces Hebraicas מילה, מול; rem tamen attenderunt, prout factâ jam circumcisione apparebat.

II. Gen-

II.

Gentilium nomen quidam exponit ita, ut sint
 qui tales manent *ὡς ἐγένοντο*. Sed lusus est
 iudice Hoornbeeckio l. 1. *de Convers. Indo-*
rum c. 3. p. 12.

III.

Joh. Lightfootus in Horis Hebr. ad 1. Cor. VII,
 19. p. 195: *Si filius primus, secundus, tertius*
morentur ex circumcissione, postea nati non
circumcidebantur, & tamen Israelitæ erant
quoad omnia, Sacerdotes quoad omnia. Di-
cas mihi jam, Judæe, an circumcissio aliquid
fit. cum Israelita potuerit esse verus Israelita,
Sacerdos verus Sacerdos absque circumci-
sione! Vide tamen Othonem in Lexico
Rabb. p. 114.



M. 2. 5.

1

